UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 103. Nuptiæ Philippi Austriaci cum Infante Joanna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67025

Visual Library

ceſſationem Rex Catholicus inducebatur, eoquod arma ſua ad Africæ oram adverſus Mauros extendere, fixum in animo haberet: quocirca induciæ primum nonniſi bimeſtres, demum ita prorogatæ ſunt, ut integræ pacis brevi conſecuturæ pollicitatio accederet.

§. CIII.

Nuptiæ Philippi Auſtriaci cum Infante Joanna.

Marian. hiſt. Hiſp. l. 26. n. 69.

Fœdere ſupra memorato conventum erat, ut Regia Princeps Joanna ſecundo genita Ferdinandi & Iſabellæ filia nuberet Philippo Auſtriæ Archiduci, Maximiliani Imperatoris Filio, duodeviginti annorum Principi; hæc itaque in Laredono portu claſſem a Rege Catholico inſtructam conſcendit, ac die vigeſima ſecunda Auguſti ſecundis velis in Flandriam navigavit, ipſa Iſabella Regina filiam ſuam ad portum usque comitante; Fridericus vero Henriquez ſummus militiæ terra marique Præfectus Sponſam conduxit in Flandriam, ubi tantis, quanti illuſtriſſimo illius generi, ac dignitati debebantur, honoribus excepta eſt, ac die vigeſima prima Octobris Anno quadringenteſimo nonageſimo ſexto ſupra milleſimum ſolemni ritu Philippo juncta eſt.

§. CIV.